



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An vota, quæ in quibusdam Religionibus annectuntur tribus votis
substantialibus, obligent Episcopos à dictis religionibus assumptos? Ex p.
9. tr. 8. & Misc. 3. r. 71. aliàs 70.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. Sanchez loco citat. n. 19. Villalobos n. 17. & alij penes ipsos; solum igitur dicendum est debere illas obtemperare ex quadam honestate, & debito morali.

4. Hinc inferitur primò contra Caictanum 2. 2. quæst. 185. art. 8. dub. 1. in fine, Religiosum Episcopum, si edat carnes feria 6. in quam Natalis Domini incidit, contra id, quod præcipitur in sua regula, non peccare. Ita docent Barbola ubi supra num. 5. Sanctarellus num. 20. Sanchez num. 20. Cenedo numer. 20. qui bene asserit, hoc etiam verum esse, si Episcopus esset ex Fratribus Minimis. Secundo inferitur supradictum Episcopum Religiosum non teneri divinum officium iuxta suæ Religionis ritum persolvere. Ita Faustus in Thef. Relig. lib. 6. quæst. 194. num. 3. in fine, & alij. Et tandem contra Doctores, quos rectè impugnat Sanchez num. 3. Cenedo numer. 18. Si Religiosus promotus ad Episcopatum omittat habitum suæ Religionis, & assumat externum Episcopalem tunicam, non incurrit in excommunicationem latam adversus Religiosos dimittentem habitum Religionis. Et ita etiam hanc sententiam docet Sanctarellus ubi supra tract. de Apostas. cap. 1. dub. vnic. num. 15. Villalobos in summ. ubi supra tom. 2. tract. 35. dub. 4. num. 19. Barbola in collect. tom. 3. lib. 3. tit. 24. cap. 1. num. 4. & alij. Sed circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos, lege Syllium in 2. 2. quæst. 185. art. 8. conclus. 1. 2. & 3. & Ledesimam, in Addit. ad sum. tract. 3. c. 1. concl. 25. & q. fol. mihi 73.

ipse Castellanus respondisset, non teneri, respondit Papa. Errasti, teneris enim, quoniam ex hoc solum accretur à dicto Episcopatu conicquendo, nec voluit cum eo super dicto voto dispensare.

2. Secundo probatur eadem conclusio; quia Minimi vident obtemperare vitam quadragesimalem toto tempore vitæ suæ, ut patet ex eorum professione in Correctorio, num. 18. Neque valet dicere quod illud, toto tempore vitæ suæ, intelligitur, quamdiu in Religione permanferint, nam est implicancia in terminis, quod quis proficendo intelligat perseveranter vivere sub voto quadragesimalis vitæ, & id expressè dicat, & quod deinde intelligat vitam quadragesimalem observare quamdiu tantum in Religione steterit, si enim vult perseveranter vivere toto tempore vitæ suæ in Religione, quomodo potest intelligi quod nolit se obligare ad servandum votum vitæ quadragesimalis, nisi quatenus in Religione steterit? Hæc omnia Peyrinus, qui tamen per negativam sententiam me citat, sed immeritò amicissimus vir asseruit, esse parum consideratè prolatam.

3. Nam licet affirmativa sententia circa præsentem quæstionem sit satis probabilis, negativam tamen non minus probabilem esse existimo, quam noivissimè tuetur doctus Ioannes Henricus in Compend. casuum moral. cap. 6. num. 17. ubi sic ait. [El Religioso expulso de la Orden de los Minimios, siendo la expulsion perpetua, y el Obispo de la misma Religion, no estan obligados à guardar el voto de la vida quaresimal por la mudanca de la materia in qua.] Sic ille. Ad auctoritatem verò Summorum Pontificum, quam asserit Peyrinus, respondeo primò de illis responsionibus non constare authenticè, vel dicendum est dictos Pontifices ita respondisse adherendo opinioni affirmativæ, quam nos, ut diximus, probabilem etiam esse existimamus, sed non exinde sequitur negativam sententiam carere probabilitate.

*Citat lin 6. § vii. præcedentis Ref.

RESOL XXVIII.

An Episcopus ex Religione Minimorum assumptus teneatur ad votum vitæ Quadragesimalis: Ex p. 5. tr. 13, & Misc. 1. Ref. 39.

Affirmativam sententiam docet Laurentius de Peyrinis in privileg. Minim. tom. 3. cap. 14. num. 3. ubi hoc probat ex auctoritate trium Summorum Pontificum. Primus fuit Paulus V. qui Duci de Albuquerque, eo tempore Legato Romæ pro Rege Hispaniarum, petenti dispensationem super hoc voto pro R. P. Fr. Gondifalvo de Angulo Ordinis nostri Episcopo Valenzolæ in Indiis, respondit: Ego semper fui huius Religionis devotissimus, & abstinui à Fratribus dictæ Religionis in Episcopos promovendis, ne cogerer cum eis super voto vitæ quadragesimalis dispensare, & sic dispensare recusavi. Ita testatur est P. Trimarchi dicti Ordinis audiuisse ab ipsomet Duce Albuquerque, cum esset Prorex Sicilia anno 1628. Secundus fuit Gregorius XV. qui noluit dispensare, quamvis multum rogatus super duo vota cum R. P. Fr. Francisco à Mayda Ordinis nostri Generali, & Episcopo Lauellenti, qui etiam Episcopus eiusdem opinionis erat, retulit enim ipsemet mihi Romæ, quod cum quadam die fuisset invitatus à quibusdam Prælati ad prandium, paraverunt illi cibos Paschales, dicentes: Iam domine Episcopo potes nobiscum cibos Paschales comedere. Qui respondit: Non equidem, nam teneor observare dictum votum, sicut antequam essem Episcopus & erat hic Episcopus vir doctissimus, & eloquentissimus Concionator: Tertius Pontifex Urbanus VI I. qui in examine, quod fiebat coram ipso R. P. Fr. Francisco Castellano Episcopo Capuliensis Ordinis nostri, petiit ab eo, an teneatur ad votum vitæ quadragesimalis? & cum

RESOL. XXIX.

An vota, quæ in quibusdam Religionibus annectuntur tribus votis substantialibus, obligent Episcopos ab istis Religionibus assumptos? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 71. alias 70.

1. Suppono in aliquibus Religionibus adesse stalia vota; & sic in Religione Beatæ Mariæ de Mercede adest votum incumbendi Redemptioni Captivorum: apud Minimios Divi Francisci de Paula, votum vitæ Quadragesimalis: In Religione Societatis Iesv, votum quartum solemne obediendi Summo Pontifici in Missionibus peragendis. Deinde emittuntur alia quinque vota simplicia. Primum est de non relaxanda paupertate, nec admittenda eius relaxatione. Secundum est de non procuranda dignitate aliqua directè, vel indirectè in Societate. Tertium de non procuranda, vel acceptanda Prælatione, vel Dignitate extra Societatem, nisi obedientia intercedat. Quartum de denunciandis ambientibus Supradictas Dignitates. Quintum est de audiendo Præposito Generali à constituto in statu Prælationis eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præcedentis, & aliarum Ref. & §s. eius primæ an. no.

2. Difficultas est, an ista vota obligent Episcopos ab istis Religionibus assumptos? Et affirmativè respondent aliqui; quia dicta vota sunt accessoria statui Religioso, & tribus votis substantialibus.

Ergo manentibus istis, manent & illa. Deinde dicta vota non pugnant cum statu Episcopali, imò plurimum illum adiuvant. Ergo, & cum votum sit obligatio personalis, sequitur personam in quocumque statu. Hæc sententia est satis probabilis, & consulenda; sed ex timo contrarium sua probabilitate non carere. Dico igitur omnia vota supradicta, durante Episcopatu, suspendi, secluso tamen voto Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, si aliqui ex ipsis ad Prælationes ascendant, eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

3. Prima pars probatur, quia supradicta vota emittuntur ad conservationem, & augmentum status Religiosi, & Communitatis, & observantia, & ad profectum Religiosorum, & ædificationem secularium. Ergo Regularis ad Episcopatum assumptus non tenetur talia vota observare. Probo confessionem, quia est exemptus iugo Monastica Professionis, & ab observatione Regulari. Cæteras rationes videbis apud Castrum Palaum, tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 24. num. 5. & seq. vbi in particulari de omnibus supradictis votis id probat, quod etiam docet nouissimè Machadus tom. 2. lib. 4. par. 6. tract. 17. docum. 2. num. 5. Secunda verò pars conclusionis, nempe votum Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, &c. perdurare in statu Episcopali, probatur, quia tale votum pro tali statu emittitur. Ergo si in assumptione ad Episcopatum non obligaret, ad nihil deseruaret, & irritorium esset. Et ita hanc sententiam tenet Palaus, vbi supra, num. 4. & 8. & Sanchez in Summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 15. cum Vazquez, & Suarez penes ipsos; quibus nouissimè adde Amicum in *Curs. Theolog.* tom. 4. disp. 32. sect. 7. num. 101. & Lezanam in Summa 99. Regul. par. 2. cap. 4. n. 15. Nec aliter, quidquid alij dicant. Ego sensu est in tom. 9. in par. 5. tract. 2. * resol. 65. quod patet, quia, quando Auctores asserunt aliquod enunciatum, & illud non explicant, vel limitant, aut distinguunt, sed citant tantum ad illius confirmationem auctoritatem alicuius Doctores illud enunciatum est intelligendum secundum mentem, explicationem, limitationes, & distinctiones Doctores ab ipso citati; & hoc est ita clarum, vt non indigeat probatione. Vnde dixit Bartolus in leg. non solum §. liberationis, num. 7. ff. de lib. & leg. Cardinalis Albanus in *Lucubrat. super Bartolum*, ibidem num. 3. dictum Doctores intelligendum esse secundum legem quam adducit; quod etiam obseruat Antonius de Sousa in Lusitania liberata, lib. 1. cap. 6. num. 22. Acacius Enkelius de *Præleg. Iur. Civilis* lib. 2. cap. 2. num. 24. Valencuela tom. 2. consil. 187. num. 106. Gutierrez *Pract.* 99. lib. 1. q. 2. num. 22. Ioseph Vela *differ.* 24. num. 66. Franciscus Ansaldo, consil. 142. num. 42. § 1. & 347. & consil. 36. num. 3. & 4. Gratianus in *Discept.* tom. 2. cap. 215. num. 31. Bertrandus lib. 1. c. consil. 128. num. 5. Iason in leg. cum filio famil. num. 129. ff. de legat. 1. Corneus lib. 2. consil. 124. num. 25. & alij communiter: sed ego in dicta mearesol. 65. existimaui opinionem negatiuam esse probabilem, quam tuetur Sanchez, non explicando aliud. Ergo meum enunciatum est intelligendum secundum mentem Sanchez à me citari; qui asserit, vota Religiosorum annexa tribus substantialibus, non obligare, durante Episcopatu; secluso tamen voto Patrum Societatis Iesu, de audiendo Præposito Generali.

4. Negandum est igitur (vt legentibus patebit) me in dicta resolutione admisisse negatiuam sententiam tanquam probabilem absolute; sed admisisse negatiuam sententiam tanquam probabilem, quam tuetur Sanchez: sed Sanchez tenet opinionem negatiuam, quoad alia vota, non autem quoad istud, de quo

est questio. Ergo sententia negatiua, quam ego tanquam probabilem admisit, intelligenda est de illis, & non de isto, secundum mentem Sanchez, quem ego cito, & cui ego adhaesi. Quod confirmatur, quia ego dum in prima opinione affirmatiua dictæ Resolutionis adduxerim exemplum de voto Minorum, & de dicto voto Patrum Societatis. Postea in secunda opinione negatiua, pro qua citauit Sanchez, tantum mentionem faci de voto Patrum Minorum, & dixi, non obligare in statu Episcopali. De voto autem Patrum Societatis nihil asserui; quia Sanchez illud in opinione negatiua non includebat, neque ego includere intendebam, eius opinionem citando, & sequendo. Assero igitur cum ipso, vota aliorum Religiosorum, quæ annexantur tribus votis substantialibus, non obligare, durante Episcopatu, secluso, & excepto voto Patrum Societatis de Præposito Generali audiendo, &c. Et ita Resolutione 65. tunc sensi, & nunc iterum sentio.

RESOL. XXX.

Quidam Episcopus, dum erat Religiosus, multa vota emiserat; quæsiuit à me an postea poterit irritare illa Prælatu Religiosus?
Idem dicendum est quoad Cardinales ex Ordine Religioso assumptos, aut aliquo priuilegio Pontificio exemptos. Ex p. 6. tr. 7. & Milc. 2. Resol. 26.

§. 1. **E**T pro parte affirmatiua adducebat Emmanuel Sà *verb. voti irritatio* num. 5. vbi sic asserit: votum Impuberis de Religione potest patet & tutor irritare etiam post pubertatem, si in pubertate se de nouo non obligauit. Idemque dicendum de Prælato Religioso facti Episcopi, scilicet poterit similiter huius votum antea factum irritare, si illud de nouo non confirmauit Episcopus factus. Ita Emmanuel Sà.

2. Sed ego tunc in facti contingentia mortuus negatiuam sententiam tenui: nam ad irritandum votum requiritur potestas dominatiua erga sibi subiectum: sed Regularis post adeptum Episcopatum non est amplius subiectus Prælato regulari, sed immediate Summo Pontifici: ergo. Et ita hanc sententiam docet Castrus Palaus tom. 3. tractat. 15. disp. 2. punct. 3. §. 3. num. 3. Layman in *Theolog. Moral.* lib. 4. tract. 4. cap. 7. numer. 11. Et Trullenchi in *Decalog.* tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 32. numer. 12. quæ citat Sanchez & Suarez. Et hæc omnia intelligenda sunt etiam quoad Cardinales ex ordine Religioso assumptos, aut aliquo priuilegio Pontificio exemptos.

RESOL. XXXI.

An Regulares possint exponere Eucharistiam publicè absque licentia Episcopi? Ex p. 11. tr. 2. & Milc. 2. Resol. 5.

§. 1. **N**egatiuè respondet Gauantus in *man. Episc. ver. Eucharistia* num. 53. & 54. vbi sic ait: Non exponatur cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarij Congreg. Rit. 26. Febr. 1628. Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, & assistentia Congregat. Episc. 7. Septembris 1598. Ita Gauantus. Vnde nouissimè Illustrissimus, & amantissimus Dominus meus D. Bernardus de la Cabra in